



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

22. Januarij. Ita homo quandoque patitur à diabolo, ut de mentis exiisse potestate videretur: inde fit interdum natura adscribi, morbo nonnumquam, quod tentationi esses adscribendum. S. Ignat. in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



22. Januarij.

*Ita homo quandoque patitur à diabolo, ut de mentis exiisse potestate videretur; inde fit interdum natura adscribi, morbo nonnunquam, quod tentationi esset adscribendum. S. Ignat. in reg. de discret. spir.*

**S**ubtilior dæmon est, quàm ut artes ejus ab obviis nosci possint. Princeps tenebrarum cum sit, ut securiùs lateat, in abdito cudit technas; altiori hìc opus lumine quàm humanò.

Ut arcem oppugnaturus externa priùs opera demolitur; sic strategus infernalis dum animam quærit, corpus aggreditur. Time cuniculos: nimia securitas maximum hìc periculum est.

Corpus impetit, ut animæ noceat: maligniam simulat, ut bonorum operum interruptionem impetret. Ita solers in damnum nostra, ut, si maxima nequeat, aliqua tamen inferre gaudeat. O si nos in lucra spiritaliùs tam avidi viveremus!

Permittit animæ hosti hanc potestatem Deus, vel ut humilitati nostræ consulat, vel ut suum in nos dominium exerceat; interdum dæmon tyrannum agit; Deus manet Pater.